Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

lus coleric⁹ nec melācolic⁹ eis vtant:et ſpecialr crudis. Cepe calide ſunt ⁊ habēt
humiditatē ſuperfluam terreſtrem cū humiditate aquoſa ſubtili indigeſta. Si
cōmedātur cruda generant in ſtomacho humores malos et putrefactibiles et
corruptibiles et inducunt ſomnia mala et terribilia et dolorem capitis. et nimi
us vſus earū diſponit hoīem ad memoriā deperdendā et perturbat intellectū
et perducit ad dementiā. Sed ſi cōmedātur cocte cū aqua laudabiliū carnium
laudabiliter iuuant digeſtionē et minuuntur earū nocumenta et temperant ci-
baria frigida cum quibus decoquuntur ſed melius eſt eis non vti. Allea calida
ſunt et declinant ad aliqualem humiditatē ſed minus ꝗꝫ cepe valēt contra ven
toſitatem et valent tuſſi et bene ſcreare faciūt. ſed nocent viſui et dolorē capitis
inducunt. et ſunt tyriaca ruſticorū. Et ſic predicta ſolum conueniunt his qui fle-
gmaticum aut groſſum viſcoſum humorē habuerint. Colerici vero a predictis
abſtineant. Secunda eſt nux de qua dicit Aui. z. cano. c. de ea ꝙ ipſa cum ficu
bus et ruta eſt medicina omnibus venenis et ex ea cū cepe et ſale fit emplaſtrū
ſuper morſum canis rabioſi. Et iſtud maxīe intelligit̄ de nuce ſicca ante cibum
ſumpta modo predicto. Et circa iſtud vlterius ſciendum eſt ꝙ nuces ſicce peio
res ſunt recentibus et humidis quia ſicce magis vnctuoſe ſunt ratione cuius in
coleram conuertunt̄. et inducunt capitis dolorem et oculos turbant:et vertigi-
nem generant:et ſpecialiter ſumpte poſt cibum et lingue paraliſim inducūt vo-
mitum prouocant et veſicas in ore faciunt. Et habentes ſtomachū colericū ma
xime debent euitare nuces ſiccas. et quanto antiquiores tanto peiores ſunt Re
centes aūt minus male ſunt quia nō ſunt tante vnctuoſitatis. Et ideo nō gene-
rant dolorē capitis aut vertigenem et ſimilia ſicut ſicce. et ratione humiditatis
lubrificātis laxant ventrem et ſi aliquantulum torreantur et cōmedantur poſt
cibum: cōprimunt cibum ſumptum. Et ſic p3 ꝙ nuces recentes ſunt magis con
uenientes corporibus ſuis ꝗꝫ ſicce. Tertia eſt ruta de qua dicit Aui. z. cano. c.
de ea que reſiſtit venenis. Et poſtea ſubiūgit Et qui ſibi timet ne in potu ſumat
venenū et pungit̄ a venenoſis bibat de ſemine eius pondus dragme vnius cū fo
liīs ſuis cū vino et ꝓprīe ſi bibitur cū nuce et bolo oībus cōtritis et commixtis
Et dicit Ari. in de aīalibus ꝙ cū muſtela vult pugnare cū ſerpente ſiue cū bufo
ne. ipſa cōmedit rutam vt interficiat eum. quia odor rute eſt inimicus veneno.
Unde cōmeſtio rute cū ficubus et amigdalis dulcibus immane ꝓſeruat a vene
no. Notandū circa iſtud ꝙ duplex eſt ruta: quedā domeſtica et alia ſilueſtris.
Domeſtica melior ſilueſtri eſt. quia ſilueſtris et maxīe ſicca. calida et ſicca eſt in
quarto gradu. quare plurimū ſumere de ea eſt pernitioſum. domeſtica vero hu
mida calida et ſicca eſt in ſcđo gradu. ſicca vero in tertio. et eſt inciſiua reſolutia
carminatia ventoſitatū. et iſtud maxīe cōuenit ſicce. Nam dicit Sera. c. de ea.
ꝙ eſt de rebus magis cōferētibus inflationibus .i. ventoſitatibus. ſed in humi-
da eſt inflatio. Item ruta vehementer acuit viſum. et ꝓprīe ſuccus eius cū ſucco
feniculi et melle collirio facto ex ea aut commeſta vt dicit Aui. z. cano. c. de ea
Quia tū in ſucco rute quedā eſt bauracitas nocens oculo: ideo ruta poteſt ap-
plicari oculo ventilando. ita ꝙ ſolum vapor ſiue fumalis euaporatio eius et nō
ſubā rute ad ſubām oculi pertigat. Quarta eſt pira de quibus dicit Aui. z. ca.
c. de eis ꝙ ſunt cura fungorū mortificantiū. Et qñ coquunt̄ iſti fungi cū piris mi
noratur nocumētū ipſorū. Uel poteſt iſte textus verificari de piris aromaticis
qui ſui aromaticitate ſpiritus confortarent: et ſic nocumentū veneni repellerent
Quīta eſt raphanus de quo dicit Aui. z. ca. c. de eo. ꝙ cōfert morſui vipere ⁊ cū
vino morſui cornute etiā. Et ſemē eius confert venenis et vermibus venenoſis.
Et ſi ponat̄ fructus eius ſuper ſcorpionē morit̄. et aqua eius eſt experta in hoc.
et eſt fortior. et ſi momorderit aliquē ſcorpio qui raphanū cōmederit non noce
bit ei. Et cōfert etiā ſuffocationi qui fit a fungis mortiferis. Uel poteſt dici ꝙ ra-